

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 06 : De Harpyis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[86-87\] : De Harpyis](#)□

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 06 : De Harpyis](#)□ *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 07 : Des Harpyes](#)□ *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 06 : Des Harpyes](#)□ *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - VII, 06 : De Harpyis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 25/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/903>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination215v°-216v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Harpyes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia

rum arium expertem esse principem non oportere, immortalibus laudibus ad viuētium gratiam Cygni peritiam efferentes, eum & gratū Diis fuisse in-
quiunt, & post mortem vixisse, & in auem pulcherrimam, Apolliniq; sacra-
tam mutatum. Quippe cum mors communis sit omnibus, neq; vlla differen-
tia sit vel sanguinis, vel facultatum, vel dignitatis; nisi quis vi laudis & vir-
tutis communem omnibus vitæ metam perpetuitate nominis superarit.
Nunc dicendum de Harpyis.

De Arpyis.

Cap. VI.

10

HArpyiæ, quæ Stymphalides aues etiam vocatæ fuerunt, filix fuisse di-
cuntur Thaumantis & Electræ Oceani filix, ac sorores Iridis, vt scripsit
Hesio. in Theogonia in his versibus;

*Ἥρα καὶ Ἰριδίᾳ καὶ Ἐκλεκτῇ
καὶ Ἄρπυιαι, καὶ Ἄρπυιαι
καὶ Ἄρπυιαι, καὶ Ἄρπυιαι.*

Oceano natam Thaumantas qui littora pulsat
Vxorem electram duxit. mox edidit Irim
Illi viro, Harpyias Aelloq; , Ocypetenq; .

20 Acusilaus Neptuni ac Terræ filias fuisse credidit, Sosibius Phineï filias; quæ
vt patet ex superioribus Hesiodi carminibus tres fuerunt, Iris, Aello,
Ocypete. Quidam Celæno pro Iride subrogarunt. Alius Alopen, Acheloen,
& Ocypeten nominauit, vt etiam Hyginus. Stesichorus Thyellam addidit;
Asclepiades Ocythoen, Achæus Ocypoden. Has proditum est memoriæ ab
Isacio in Thracia habitare solitas, auresq; vrsorum, corpora vulturum, fa-
ciem virginum habuisse, fuisseq; alatas, & humanis brachiis ac pedibus; sed
vnguibus monstrosis, quæ omnia prope ita descripsit Virgil. libro tertio
Aeneidos;

30

Tristius haud illis monstrum, nec sequior vlla
Pestis, & ira Deum Strygiis sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus: sordidissima ventris
Proluuiæ: vncæq; manus, & pallida semper
Ora fame.

40

Has ad epulas aduolantes facit, & volucres idem poeta nominauit. has igi-
gitur Iouis canes fuisse memorant poetæ, ac rapaces dæmones; quæ additum
Phineï supplicium fuerint immixtæ. Nam scripserunt antiqui Phineum in
Bithinia iuxta fluuium Salmydessum Thraciæ habitare solitum, Age-
noris & Cassiopæ filium, vel, vt quibusdam magis placuit, Agenoris
& Phenicis; vt Apollodoro Neptuni, quem tamen in Paphlagonia regna-
se omnes narrant. Hunc aiunt nonnulli cum optio sibi data esset, vt vel cæ-
cus diutissime viueret, vel post certum tempus moreretur: cæcum consul-
to à Sole factum fuisse, & ab Agenoris temporibus vsque ad Argonautarum
nauigationem vixisse. Alii, quorum sententiæ accedit Sophocles, Cleopa-
tram vxorem fuisse narrat Boreæ & Orithyæ filiam, è qua Phineus duos
filios Crambim ac Orythum suscepit. Postea repudiata Cleopatra Idæam
Dardani Scytharum Regis duxit: tum adolescentes illi accusati sunt, qd
stuprum noueræ obrulissent, & à patre comprehensi ob id facinus capitis
damnati tandem ab Argonautis cognita illorum innocentia, &, quæ inter
ipsoz

ipſos intercedebat, aſſinitate, multis barbarorum cęſis, & ipſo etiam Rege obruncato in eo certamine, liberantur. non deſuerunt qui ob eam accuſationem oculis exptos fuiſſe adoleſcentes inquam. Quare indignatus Neptę. ob eam crudelitatem illum etiam cęcum fecit, & Harpyias immiſit. Alii, inter quos Philocorus, hos thynum & Mariandynum vocarunt. Id cum feciſſet Phineus, dicitur eo ſupplicio a Ioue affectus vt oculis careret, & perpetua fame diſcruciaretur: cui tamen cum paratę forent epulę neque illas comedere tunc quidem licebat, quoniam Iupiter ſuos canes Harpyias ſciſſet ad eum miſerat, quę vel ex ore comedentis cibum eriperent. Acuſilauſ Argiuius, quia, cum vates eſſet, Iouis ac Deorum arcana mortalibus patefecit hiſ ſuppliciiſ addictum ſcripſit, ad quem profecti Argonautę perbenigne accepti pro premio monſtrati itineris in Colchidem, & pro liberalitate hoſpitali alatos Boreę filioſ cum ſagittis miſerunt, qui Harpyias a menſa Phinei depellerent; quas e regione fugientes cum ad Plotas vſq; vocatas inſulas, quas alii Echidnadę vocarunt, inſecuti fuiſſent; atque inde ad Argonautas iterum reuertiffent, quod illę iuraffent ſe non amplius Phineum inſeſtaturas, illę inſulę dictę ſunt ſtrophades: quę omnia explicata ſunt ab Apollon. lib. 2. Argon. cum hęc inquit;

10

ὄψαλ' ἰπλάκτιον αἰεὶ δ' ἀγορεύει Ἰχί φεινός .
 θεὸν σφί δὲ παρταυ ἐλευθέρωτα πέματ' αἰνέλη
 ἦνικα μαρτοτύνη, τῆσ δὲ παρτι ἰγυοῦληβ
 λυτοῖδου, ἡδ' ἑλερεῖνι ζῆτο καὶ αἰεὶ αὐτῶν,
 χρῆμασ ἀτρικίωσ ἰπρὸν εἶναι ἀθροῦσαστῃ .
 τῆσ καὶ εἰ γῆρας μὲν ἰπὶ θορυμῶσ ἰαλλασ

20

ἰαδ' ἰλατ' ἐφθαλμῶσ γλυκίρτεσ φάσῃ, τοδο γάροσθα
 ἦσ ἀπικρίσαστῃσ ἰπαστῃ, θασαστῃ αἰφ
 ἡεφαστα πλοθῆμῃσ πικρῶσ ἰπαστῃσ αἰεὶ δ' ἀγορεύει .

Hęc & Agenorides habitabat litora Phineus,
 Acumnas paſſus mortales eſt ſuper omnes,
 Quod diuinaret: namq; artem præbuit illi
 Latoides; quare ille Iouis vel numina ſummi
 Spernebat: mentemq; Deum mortalibus idem
 Variſcinans nudauit. cum grauis inde ſeneſtus
 Inuaſit: primum eſt oculorum lumine captus.
 Inde frui dapibus veſtitum eſt: quas plurima ſemper
 Turba colonorum illius porcabat in ædes.

30

Deinde carmina quę ſequuntur omnia propd illa narrant, quę diximus de Phineo. Reuerſi ſunt autem Boreadę, & ab inſequendis Harpyiſ deſſiterunt Iride illoſ reuocante; vel, vt alii placuit, Iouis manda o. Ceterom illam fuiſſe conditionem Boreadum memorant, vt niſi Harpyias conſequerentur, ſibi eſſet pereundum, atque hi cęſas Harpyias a Boreadibus narrant: quarom altera in Peloponneſum volauit, & in Tigrem fluium decidit, qui ab ea dictus eſt Harpy, vt ait Apollodo. libro primo. Panyaliſ tamen non ſtrictis gladiis a Boreadibus depulſas, ſed ſagittis cęſas eſſe arbitratus eſt, priuſquam Boreadę reuocarentur. Quod autē Canes Iouis vocatę ſint, patet ex hiſ carm. Apolloni lib. 2.

40

ὄψαλ' ἰπλάκτιον αἰεὶ δ' ἀγορεύει Ἰχί φεινός .
 θεὸν σφί δὲ παρταυ ἐλευθέρωτα πέματ' αἰνέλη

Non

Mythologia I

Non est fas Borea nati depellere ferro
Inde canes Iouis Harpyias magni.

Has ipsas Harpyias quidam putarunt fuisse ab Hercule postea pulsas ex Arcadia cum Stryphalum oppidum iuxta Erasimum fluvium popularētur xxi crepitaculi rinnitu, ut dictum fuit. Has scripsit Chæremō sub quodam specu in Creta tandem se abdidisse, unde nunquam postea euolauerint. Atque hæc ea sunt, quæ de Harpyis memoriæ prodita sunt ab antiquis. Dicitur sunt Harpyiæ ab *ἀρπύγες*, quod omnia secum raperent, quanquam quæ relinquebant, ita terro & foetido excremento inquinabant, ut foetor omnino perferri non posset. Atque cum fluviorum, fontium, imbrumque natura per Naiades, & reliquas Nymphas, significabatur, ær superior & vis ignea per Iouem, aqua per Neptunum, inferior ær per Iunonem, per Vestam terra; sic per Harpyias vis & natura ventorum significata est ab antiquis; qui, ut dictum est sæpius, sub his fabularum figmentis vniuersa naturalis philosophiæ, & morum præcepta tradiderunt, utilitatem cum suauitate commiscuentes. Atque vel ipsarum Harpyiarum ortus demonstrat vires esse ventorum: qui enim putarunt filias fuisse Thaumantis & Blectræ, quid aliud has esse senserunt, quam admirabilem ventorum naturam, qui è supernatante & puriore Oceani aqua per solis radios extolluntur? Huic rei vel illud est argumento, quod Iridem ventorum sororem putarunt, quæ in imbris & nubibus certo ordine collocatis apparet; neque sine imbris fieri potest, quo tempore etiã venti vel dominantur, vel iam antecesserunt. Nomina præterea singularum Harpyiarum ventorum impetum vel celeritatem, vel aspectum significant: nam Ocypete celeriter est volans, Aello procella, Celæno obscuritas nubium, quæ ventis impelluntur. Qui Iridem vocarunt tertiam Harpyiam, in idem reciderunt; nihil est enim horum à vi ventorum semotum. Quid ergo significare voluerunt per hæc ventos è superna vi aquarum è puriore parte scilicet gigni; aut ex ea aqua quæ est cum terra commissa superius, quæ in vapores extenuata in sublime tollitur: qui vapores postea modo in pluias condensantur, modo in ventos extenuantur. Neque abhorret præterea à civili institutione hæc fabula, quippe cum declarat rapacitatem & auaritiam hominum tanquam grauissimum supplicium Deorum consilio mortalibus immisam fuisse. Nam cur oculis captus est Phineus? quia non videbat humanam conditionem vitæ intra angustissimos terminos includi, paucisque esse contentam, atque ob eam rem perpetua fame discruciabatur; neque poterat præsentibus epulis vesci; cum non pateretur illud habēdi desiderium, ut præsentibus bonis perfrueretur, sed ut heret tantum locupletior. Id vulturum corpus, id unæ manus, id ora semper fame pallentia significabant, id reliqua corporis forma, quæ ex animo avari hominis ad vnguem expressa est. Quidam per Harpyias furtorum naturam significare voluerunt, quæ virgines ideo putata sunt, quia sterilia sunt Diis ita volētibus, & breui dilabuntur bona per rapinam furtumque parata; quare & famelicæ, & alatz, & immundæ dicitur sunt. At nunc de Hesperidibus.

De Hesperidibus

Cap. VII.

Hesperides autem Hesperii Atlantis fratris filia fuerunt, quas tamē Eubulus Atlantis, non Hesperii fuisse credidit; Chærecrates Phorci & Cærus.